



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiae, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniae Agrippinae, 1657**

Synodus Ratisbonensis, ab eodem Episcopo Francisco Gvilielmo celebrata  
V Iulii MDCL. cum serie Episcoporum Ratisbonensium, nec non  
Praelatorum, Collegiorum, Monasteriorum ac Parochiarum ejusdem ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

S Y N O D V S  
D I O E C E S A N A  
R A T I S B O N E N S I S  
E C C L E S I Æ,

P R Æ S I D E N T E

Illustrissimo & Reverendissimo Principe  
ac Domino,

D. F R A N C I S C O  
G V I L I E L M O,  
E P I S C O P O R A T I S B O N E N S I,  
O S N A B R V G E N S I, M I N D E N S I,  
E T V E R D E N S I,  
C O M I T E D E W A R T E N B E R G E T S C H A W M B V R G,  
D O M I N O I N W A L D E T H A C H E N B V R G,

Celebrata

quinta die Iulii, M D C L.

Cum





Um Illustrissimus Dominus FRANCISCVS GVILIELMVS, anno MDCXV, factus esset Canonicus Ecclesie Ratisbonensis; eodem, anno MDCXIX, Paulus V contulit Præposituram ejusdem Ecclesie. Eum postea Albertus V, Episcopus Ratisbonensis, anno MDCXLI, in suum nominavit Coadjutorem, cum spe successione; prout Capitulum postmodum ipsum x Novembris Canonicè electum præsentavit Sedi Apostolicæ, & Urbanus VIII eundem confirmavit anno MDCXLII. Mortuo itaque Alberto Episcopo, xii Aprilis MDCXLIX, ipse, in publicis tractatibus pacis suarumque provinciarum Westphalicarum restitutione occupatus Monasterii cum degeret, duos misit deputatos Commissarios, qui possessionem statim suo nomine caperent; quam Capitulum solemnissime tradidit, non solum in Ecclesia, verum & in omnibus ac singulis Residentiis, prout moris est præsentem facere. Subsecutus tamen est ipse Illustrissimus Princeps & Episcopus Norimbergæ, ex tractatibus publicis Imperii, in Vigiliâ Palmarum, quæ fuit ix Aprilis, MDC L; suumque fecit Eques solemnem ingressum, à Civibus & Capitulo dignè ac pro more exceptus. Intentus itaque & temporali & spiritali regimini stabiliendo, interque cætera videns, ab anni M D LXXX

mensè Octobri nullam celebratam Synodum, necessariamque post tot annos reformationem corruptorum Cleri morum, qui hoc tempore bellico irreperant; Synodum Diocesanam, in quintam Julii, ejusdem anni, indixit; quæ etiam solemnissime celebrata est, convenientibus, præter Abbates duodecim mitratos, ultra sexcentos de Clero sæculari, & non computatis Religiosis. Habuit Illustrissimus ipse, tertia die, duas conciones Synodales; præter alias duas; quarum prior, prima die, à P. Henrico Wagnereck Societatis Iesu; posterior, secundà, à Domino Gedeone Forstero, Archidecano in Pandorff, dictæ sunt. Acta hujus celeberrimæ Synodi alibi impressa habentur, cum hæc Ecclesia sit de Provincia seu Metropoli Salisburgensi. Subjiciuntur tamen hic nonnulla quoad Episcopos atque, pro notitia; prout in Verdenfi, Mindenfi, Hildesimense factum fuit. Paravit postmodum Illustrissima sua Celsitudo generalem visitationem, per se ipsam faciendam, totius Diocesis; sed, interveniente inopinatâ morte Serenissimi Ferdinandi Archiepiscopi & Electoris Colonienfis, xii Septembris, Coloniam evocata, discessit Ratisbonâ xxvi Septembris. deinde Monasterium se transfudit; ubi cum Suecis aliisque egit, ut tandem sibi Episcopatus Osnabrugensis, xxx Novembris, fuerit restitutus. Vbi postmodum plures celebravit Synodos, quæ suo ordine subjiciuntur. Sequitur nunc Ordo ac Series Episcoporum Ratisbonensium.

## ORDO AC SERIES EPISCOPORVM RATISBONENSIVM.

Vti Antiquitas non semper in tradenda historia diligens fuit, sic &, circa primos Episcopos hujus Ecclesie Ratisbonensis, scriptores multum variant vel vacillant. Certiora tantum, & quæ videntur historiae temporibusque magis congrua ac certa, hic ponemus.

- |   |  |
|---|--|
| <p>I. Primus itaque Episcopus sit S. SEVERINVS, Abbas; de quo Martyrologium Romanum, vi Idus Ianuarii, sic habet: <i>Eodem die, apud Noricos, S. Severini Abbatis, qui apud eandem gentem Evangelium propagavit, &amp; Noricorum dictus est Apostolus.</i></p> <p>II. Huic aliqui auctores subjungunt PAVLINVM; minus tamen recte fieri id volunt alii.</p> <p>III. S. LVPVS, Romanus, Ratisbonæ propter veræ fidei annuntiationem occisus putatur.</p> <p>IV. S. RVPERTVS, illustri Francorum Regum familia natus, primus Episcopus Salisburgensis, Ratisbonam venit anno D LIV, baptizato</p> | <p style="text-align: right;">Anni</p> <p>Se-<br/>fio-<br/>nis.</p> <p>Obi-<br/>tus.</p> |
|---|--|



	Anni	Sef- tio- nis.	Obi- tus.
zato ibidem Theodone III Duce : veterem Capellam in honorem D. Virginis Mariæ dedicavit , totamque Bavariam (cujus tunc temporis Metropolis erat Ratisbona) ad fidem Christi convertit; unde Apostolus Baviaræ dici meruit. Moritur circa annum			
V. S. EMMERAMVS, Aquitanus, Pictonum Episcopus; Ratisbonam venit circa annum Christi DC XLII, martyrio coronatus in Helfendorff, oppido Baviaræ.			628
VI. VELIPHOLÆGVVS, aliàs WOLFFLETVS, seu WOLFLAICVS, S. Emmerami cooperatoꝝ, & successor ab eodem relictus.			652
VII. CYRINVS, fuisse putatur Episcopus Ratisbonensis, testibus Baronio & Surio.			
VIII. RATHARIVS, Ratisbonam venit circa annum DCCIV.			
IX. VICTORIVS, à quibusdam ponitur Episcopus Ratisbonensis.			
X. S. ERHARDVS I, gente Scotus, nobili familia natus, Episcopus Artacadenſis, peregrinationis occasione Ratisbonam venit, & apud cellulam religioſarum feminarum Ordinis ſancti Auguſtini (ubi nunc Monasterium inferius est ſitum) hoſpitiuſt; ibidemque, miraculis clarus, requieſcit; quem S. Leo Papa IX, cum Ratisbonæ eſſet, elevavit, & Sanctorum numero adſcripſit.			
XI. B. ALBERTVS I, natione Anglus, Caſſelenſis Archiepiſcopus, ſancti Erhardi Collega, ex peregrinatione Terræ ſanctæ in Germaniam rediens, ſanctum Erhardum Ratisbonæ inviſurus, mortuum reperit. Hic à nonnullis ſucceſſor ſancti Erhardi ponitur. Requieſcit Ratisbonæ in Monasterio inferiori, prope ſepulchrum ſancti Erhardi.			
XII. WVNIFRIDVS, poſtquam in Haſſia, Thuringia & Friſia, verbum Dei cum magno fructu prædicaffeſt, à Gregorio II Papa conſecratur Episcopus anno Domini DCCXXIII, exinde BONIFACIVS appellatus; deinde, à Gregorio III Papa, creatus Archiepiſcopus Moguntinus, ab Utilone, Vgoberti Bavarorum Ducis filio, invitatus, in Bavariam revertitur anno Christi DCCXXVI; ubi provinciam Bavarorum in quatuor Episcopatus, Salisburgenſem, Friſingenſem, Ratisbonenſem, & Paſſavienſem, diviſit, & ſingulis Sedibus idoneos Antiftites præfecit.			
Notandum : hæcenus memorati Pontifices adventitii duntaxat fuerunt.			
Sequuntur nunc qui Cathedram & ſucceſſionem ordinariam inchoarunt & continuarunt.			
I. S. GARIBALDVVS, Polyonymus, à ſancto Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino, juſſu Gregorii III Papæ, conſtituitur Episcopus Ratisbonenſis, circa annum DCCXL.	13		752
II. SYMPERTVS, aliis SYNOBERTVS, Monasterium S. Emmerami in ampliorem formam redegit. interfuit Synodo, Dingelſingi habitæ circa annum Domini DCCLXXV.	32		784
CONSTANTINVS, poſt Sympertum præſuiſſe legitur; ſed tamen, forſan ob brevitatem regiminis, in Catalogo Episcoporum Ratisbonenſium à quibusdam non ponitur.			
III. ADALWINVS, Abbas ſancti Emmerami, fit etiam Episcopus Ratisbonenſis, anno Domini DCCXC. Hic Sedem Episcopalem ex ſancto Emmeramo in Civitatem ad Eccleſiam ſancti Stephani tranſtulit. Sub hoc celebratum eſt Ratisbonæ Concilium anno DCCXCII: in quo, inter alia, hæreſis Felicianæ damnatur. Interfuit etiam Concilio, habito Salisburgi anno DCCCVI.	26		816
IV. BALTHVRICVS, Eccleſiam S. Emmerami ruſum popoſcit, & in ditionem ſuam redegit.	26		842
V. ERCHANFRIDVS, Abbas S. Emmerami, fit etiam Episcopus Ratisbonenſis. Et omnes fere ejuſdem ſucceſſores, uſque ad ſanctum Wolfgangum, ſimul fuerunt Episcopi Ratisbonenſes.	10		852
VI. EMBRICHVS, Polyonymus. Sub hoc Ratisbona pænè tota conflagravit.	39		891
VII. ASPERTVS, aliis ISBERTVS.			



	Anni	Se-	Obi-
		fio-	tus.
		nis.	
VIII. B. T V T O, Monachus S. Emmerami, Arnulphi Boariæ Regis Secretarius, occasione itineris ad Arnulphum in Galliam suscepti, corpus S. Dionysii Areopagitæ, & Euangeliorum codicem inauratum ac gemmis exornatum, exinde in Monasterium S. Emmerami intulit. Concilio Triburiensi interfuit. Sub hoc, fundatum est Ratisbonæ Monasterium inferius.	36		926
IX. I S I N G R I N V S, interfuit Concilio in Dingelsing.	11		938
X. C O N R A D V S, sex mensibus circiter præfuit.			
XI. B. G V N T H A R I V S, Monachus S. Emmerami.			938
XII. M I C H A E L. Sub hoc Ratisbona, anno D C C C C L I V, in Augusto, ab Henrico Baviaræ Duce capta, proxima nocte insequenti, pæne tota conflagravit.	30		968
XIII. S. W O L F G A N G V S, Nobilis Suevus; videns, quod Episcopi & Abbatis munus simul obire non posset, S. Romualdum, Abbatem S. Emmerami constituit. Similiter, cum, ad latitudinem suæ Diocesis, Bohemis simul invigilare vix posset; eidem regno S. Adalbertum, postea Martyrem, primum Episcopum præfecit. Monasterium Virginum Ordinis sancti Benedicti Ratisbonæ ad sanctum Paulum exstruxit; sepultus ad S. Emmeramum, unà cum suis Antecessoribus.	26		994
XIV. G E B H A R D V S I, Comes de Hochenwart. Sub hoc, Monasterium Ordinis S. Benedicti in Pruel ædificatur anno Christi C M X C V I I.	29		1023
XV. G E B H A R D V S I I, Canonicus Augustensis. Sub hoc Sanctus Henricus Imperator Ecclesiam Divæ Virginis ad veterem Capellam in Collegiatam Canonicorum erexit & dotavit anno M X X I I I.	13		1036
XVI. G E B H A R D V S I I I. Sub hoc S. Leo I X Papa Ratisbonæ corpora S. Erhardi Episcopi Ratisbonensis & Confessoris in Monasterio inferiori, S. Wolfgangi, Episcopi item Ratisbonensis & Confess. in Ecclesia S. Emmerami, elevavit: nec non corpus Sancti Dionysii Areopagitæ apud S. Emmeramum, postquam idiplum vidisset & contrectasset, publico diplomate comprobavit, id ipsum ibidem requiescere; præsentibus Henrico Imperatore, S. R. E. Cardinalibus, Episcopis, & Legatis Parisiensibus, ut fusius narrat Baronius anno Christi M L I I.	24		1060
XVII. O T T O, Babenbergensis Canonicus, cum multis Archiepiscopis & Episcopis, devotionis causa, in Terram sanctam proficiscitur. Sub hoc Monachi Ordinis sancti Benedicti, natione Scoti, anno M L X X, Ratisbonam venerunt; quibus Monasterium sancti Petri extra muros est exstructum.	29		1089
XVIII. G E B H A R D V S I V, de Gotzeshaim, prope Pechlaren in Austria occiditur.	7		1097
XIX. V L R I C V S, cum exiguo tempore præfuisset, cedere cogitur.			
XX. H A R T W I C H V S I, Engelberti Ducis Carinthiorum filius. Sub hoc, anno Christi M C I X, fundantur Monasteria Malharstorff & Præfening, & deinde Monasterium Scotorum S. Iacobi, Ordinis S. Benedicti, in urbe.			
XXI. B. C H V N O I, Abbas Sigeburgensis, diversus à sequenti. Hic in gravi schismate Imperatorum Henrici IV Patris, & Henrici V filii, contra Hartwicum, excommunicato à Sede Apostolica Henrico seniori adherentem, nominatus Episcopus, videtur quietam possessionem Sedis Episcopalis non adeptus, defunctus scilicet anno M C X X, & sic ante redditam Imperio pacem; quæ tandem anno M C X X I I Wormatiæ est subsecuta, remittente Henrico V Episcoporum instituendorum præfensionem: & hinc ex Catalogo Episcoporum Ratisbonensium, apud Hundium & alios nonnullos, dictus B. Chuno neglectus videtur. Quod aliàs revera fuerit ut minimum designatus Episcopus Ratisbonensis, certo id constat ex inscriptione sepulchralis sui lapidis, quem adhuc hodie videre est in monte Regiomagensi, nunc S. Apollinaris dicto; quæ sic habet: Anno Domini M C X X, obiit Reverendus Dominus Chuno, Episcopus Ratisbonensis & Abbas Sigeburgensis, Fundator hujus Monasterii, vitæ sanctimoniam præclarus. Idem indicat Sigeburgense Necrologium his verbis: x i v Kalendis Junii, depositio			



	Anni	Obi-
		tus.
<i>sitio venerabilis Patris nostri Chunonis, Episcopi &amp; Abbatis. Magis infu-</i>		
<i>per idem declarant opera B. Ruperti Abbatis Tuitienfis, saepesato</i>		
<i>huic B. Chunoni dedicata, &amp; epistola, eidem ab eodem inscripta,</i>		
<i>quæ sic incipit, Scripsisti mihi, Chuno, Dei gratia Ecclesie Ratisbonensis</i>		
<i>Præsul venerabilis; &amp; quam integram Gelenius recitat in suo tractatu</i>		
<i>de Suffraganeis Colonienfisibus. adeo ut ex his &amp; aliis nulli dubium</i>		
<i>esse possit, quin vere hic Chuno fuerit designatus Episcopus Ratis-</i>		
<i>bonensis. sed tempora tamen, propter nefandum hoc, Ecclesiam in-</i>		
<i>ter &amp; Imperatores, in Ecclesiastica involantes, schisma, omnino in-</i>		
<i>certa &amp; confusa sunt.</i>		
XXII. CHVNO II, fundavit Ecclesiam Collegiatam S. Ioannis Ratisbonæ,		1120
anno M C XXXIX. Sub eodem fundatur Monasterium Waldsach-		
sen, in hac Diocesi situm, anno M C XXX.		1130
XXIII. HENRICVS I, Comes à Wolfrathhausen, interfuit expeditioni in		
Terram sanctam. Sub hoc Henricus & Ernestus, Comites de Ho-		
chenburg, Castrum & Comitatum Hochenburg Ecclesie Ratisbo-		
nenfi donarunt. Sub eodem Monasterium Canonicorum Regula-		
rium S. Magni in suburbio, anno M C XXXVIII, exstruitur;		
pons lapideus, supra Danubium positus, anno M C XLVI absol-		
vitur; Ratisbona, anno M C LII, incendio vastatur.	25	1155
XXIV. HARTWICHVS II, Canonicus Salisburgensis.	9	1164
XXV. EBERHARDVS, Canonicus Auguftensis. Sub hoc, Monasterium		
S. Emmerami conflagravit.	2	1167
XXVI. CHVNO III, Comes de Falckenstein, Canonicus Ratisbonensis.		
Sub hoc Ratisbona, excusso jugo Ducum Bavarie, fit Civitas Imper-		
ialis.	18	1185
XXVII. GOTFRIDVS, Conradi Regis Capellanus, & Friderici I Imperato-		
ris Cancellarius, cum vix per annum præfuisset, Episcopatum regnat.		
XXVIII. CVNRADVS II, de Laichling, Canonicus Ratisbonensis, interfuit		
expeditioni in Syriam ad defendendam Terram sanctam.	18	1204
XXIX. CVNRADVS III, Comes de Frontehausen, Præpositus Frisingen-		
sis & Canonicus Ratisbonensis, Imperatoris Cancellarius; Paro-		
chiale Ecclesiam S. Cassiani donat Collegiatæ Ecclesie in veteri		
Capella anno M CC XXIV; Patribus Conventualibus S. Franci-		
sci assignat Ecclesiam Salvatoris; Xenodochium pauperum, trans		
pontem Danubii, in suburbio, fundat anno M CC XXVI.	22	1226
XXX. SIFRIDVS, Canonicus Ratisbonensis, Patribus Dominicanis don-		
at Ecclesiam S. Blasii, anno M CC XXXIX. Sub hoc fundatur Mo-		
nafterium S. Crucis Religiosarum Virginum Ordinis S. Dominici,		
anno M CC XXXVII.	20	1247
XXXI. ADELBERTVS I, Comes de Pittingen, Canonicus Halbersta-		
diensis, de quibusdam criminibus apud Sedem Pontificiam accusa-		
tus, cum se defendere non posset deponitur anno Christi M CC LX.	13	
XXXII. B. ALBERTVS II, cognomento Magnus, Suerus, ex nobili fami-		
lia Boloftatensium, Ordinis sancti Dominici Monachus, & sancti		
Thomæ Aquinatis Professor; postquam per annum præfuisset, abdi-		
cato Episcopatu revertitur ad Monasterium.	1	
XXXIII. LEO, Decanus Ratisbonensis. Sub hoc Ecclesia Cathedralis incendio		
absumpta; construi cepta de novo, in honorem sanctissimæ Trini-		
tatis, B. Mariæ Virginis, & sancti Petri, dedicata fuit M CC LXXVI.		
Interfuit hic Concilio Viennensi, præside Guidone S. R. E. Cardi-		
nali & Apostolicæ Sedis Legato, anno M CC LXVII, & Conci-		
lio Provinciali Salisburgensi, anno M CC LXXIV celebrato. Sub		
hoc Patres Augustiniani Ratisbonam veniunt anno M CC LXVII;		
iisdemque Ecclesia Salvatoris donatur anno M CC LXIX.	15	1277
XXXIV. B. HENRICVS, Comes de Roteneck, Archidiaconus & Canonicus		
Ratisbonensis; redditus Episcopales & Canonicales copiosè auxit;		
templum Cathedrale, reedificari inchoatum, sumptuoso opere ab-		
solvit. Interfuit Concilio Provinciali Salisburgensi, anno M CC LXXXI		
celebrato. Sub hoc virgines religiosæ sanctæ Mariæ Magdalene		



	poenitentis intra civitatem assumunt regulam sanctæ Claræ.	19	1296
XXXV.	CYNRADVS IV, de Luppurck, Præpositus Ratisbonensis.	17	1313
XXXVI.	NICOLAVS, Bohemiæ Regis Cancellarius; Ecclesiam magno ære alieno liberavit, multaque Castra, ab Antecessoribus oppignorata, redemit. moritur exul in Monasterio superiori Altacensi.	27	1340
XXXVII.	FRIDERICVS I, Burgravii Norimbergensis filius, Præpositus Ratisbonensis, postquam viginti quatuor annis parvo fructu Ecclesiæ præfuisset, deponitur anno M CCC LXXV; & exinde Sedes Episcopalis triennio vacavit.	24	
XXXVIII.	CYNRADVS V, Præpositus Ratisbonensis, Synodum celebravit Ratisbonæ, anno M CCC LXXVII. Sub hoc Patres Carmelitani Straubingam venerunt.	13	1381
XXXIX.	THEODORICVS, Comes ab Abensberg, Præpositus Bambergensis, & Canonicus Ratisbonensis, multa Castra oppignorata redemit.	2	1383
XL.	IOANNES I, Præpositus Frisingensis, Synodum celebravit Ratisbonæ, anno M CCCC IV.	26	1409
XLI.	ALBERTVS III, à Stauff, Scholasticus Ratisbonensis, multa oppignorata redemit. Interfuit Concilio Constantiensi; & redex ex eodem, celebravit Synodum Diocesanam Ratisbonæ anno M CCCC XIX; & anno proximè sequenti interfuit Concilio Provinciali Salisburgenfi.	12	1421 1428
XLII.	IOANNES II, de Streckperck, Canonicus Ratisbonensis.	7	1428
XLIII.	ERHARDVS II, Sateperger, Canonicus Ratisbonensis, aliis duobus simul de Episcopatu contendentibus eundem resignat.		
XLIV.	CYNRADVS VI, de Sufato, SS. Theologiæ Magister, Castrum Werdt, multis annis abalienatum, recuperavit.	9	1437
XLV.	FRIDERICVS II, de Parsberg, Præpositus Ratisbonensis.	13	1450
XLVI.	FRIDERICVS III, de Planckenfels, Canonicus Bambergensis, Frisingensis & Ratisbonensis.	7	1457
XLVII.	RVPERTVS II, de Novo foro, Comes Palatinus Rheni & Baviaræ Dux, fit administrator Ratisbonensis. Castrum Perbing, redemptum, Episcopatu adjunxit.	8	1465
XLVIII.	HENRICVS III, de Absperg, Præpositus Ratisbonensis, & Decanus Pataviensis; Synodum celebravit anno M CCCC LXXV.	27	1492
XLIX.	RVPERTVS III, Comes Palatinus Rheni & Baviaræ Dux. Sub hoc Carthusiani in Monasterium Pruel sunt introducti.	15	1507
L.	IOANNES III, Comes Palatinus Rheni & Baviaræ Dux, Synodum Diocesanam celebravit anno Christi M D VIII & anno M D XII. Sub hoc Iudæi, anno M D XII, Ratisbonæ sunt expulsi, & loco Synagogæ, lignea ædicula in honorem B. M. V. Speciosè dictæ, & paulo post, magnificum templum, quod novam Parochiam vocant, est exstructum.	30	1538
LI.	PANCRATIVS Sintzhoven, Decanus Ratisbonensis. Sub hoc cives Ratisbonenses, anno M D XLII, Confessionem Augustanam receperunt, accersito Norimberga Lutherano Prædicante.	10	1548
LII.	GEORGIVS, Marefchallus à Papenheim, Decanus Aichstatensis, & Canonicus Ratisbonensis, reformationi Cleri & religionis diligenter invigilavit; Synodum Diocesanam anno M D XLVIII & M D LIX celebravit. Sub hoc, Monasterium Scotorum sancti Petri extra muros Ratisbonenses anno M D LII est destructum.	15	1563
LIII.	VITVS à Fraunberg, Præpositus Frisingensis & Pataviensis, Canonicus Salisburgenfis, Ratisbonensis, & Augustanus; interfuit Concilio Provinciali Salisburgenfi, anno M D LXV celebrato.	4	1567
LIV.	DAVID Köldrer, Canonicus Ratisbonensis, Palatium Episcopale magnis impensis exstrui curavit. Sub hoc, anno M D LXIX, die XIV Martii, celebratur Concilium Provinciale Salisburgense: & anno M D LXXVII, ipsemet Synodum Diocesanam habuit.	12	1579



	Anni	Sef- Obi- fio- nis.	tus.
L.V. PHILIPPVS II, Bavariae Dux, postulatur Episcopus Ratisbonensis; verum, cum propter aetatem eidem praesse non posset, Administratorem autoritate Apostolica habuit Reverendissimum D. Felicianum, Episcopum Scalensem, Nuntium Apostolicum, donec adolesceret. Synodum Dioecesanam celebravit anno M D LXXX, mense Octobri. Creatur deinde S. R. E. Cardinalis anno M D XCVII. Sub hoc Patres Societatis Iesu, anno M D LXXXIX, Ratisbonam venerunt.	10	1598	
L.VI. SIGISMUNDVS FRIDERICVS Fugger, Baro in Kirchberg & Weissenhorn, Canonicus Salisburgensis, Ratisbonensis, & Patavien- sis.	2	1600	
L.VII. WOLFGANGVS II, Dominus de Hausen, Praepositus Elwacensis, & Canonicus Ratisbonensis. Sub hoc, corpus S. Wolfgangi Episcopi & Confessoris denuo translatum est, anno M D C XIII, die XXI Aprilis.	13	1613	
L.VIII. ALBERTVS IV, Comes à Törring, Stain, & Petrenstain; Canonicus Salisburgensis & Ratisbonensis, turbulenta sensit tempora, post spoliationem Ecclesiae Cathedralis: Herbipoli, per annum & amplius, duram sensit captivitate, grandi tandem lytro redemptus. Sub hoc Fratres Minimi, Ordinis sancti Francisci de Paula, Neoburgum; Patres Capucini anno M D C XIII Ratisbonam; Patres Societatis Iesu anno M D C XXI Ambergam, & anno M D C XXXI Straubingam; Patres Capucini anno M D C XXV in Deggen- dorff; Patres reformati sancti Francisci de Observantia anno M D C XXXIX in suburbium Ratisbonense; Patres Carmelitae discalceati anno M D C XLI Ratisbonam; Patres reformati sancti Francisci de Observantia anno M D C XLII in Dingelfinge; Patres Capucini anno M D C XLV Straubingam, Patres reformati sancti Francisci de Observantia anno M D C XLIX in Eckfeld, venerunt. Idem pia memoriae Episcopus Cathedralem Ecclesiam aedificiis restauravit, aris & imaginibus exornavit, columnarum epistylia, parietumque projecturas, basilico auro distinxit; & Chorum marmoreis gradibus aperuit, sumptuosis cancellis concludit. Tandem, plenus dierum, D. Franciscum Guilielmum, Comitem de Wartemberg, Episcopum Osnabrugensem, Mindensem & Verdensensem, & Canonicum Ratisbonensem, anno M D C XLI, die IX Novembris, in Co- adjutorem assumpsit. Sub eodem, Corpus S. Iustini Martyris, ab Urbano VIII. Papa donatum, ad Cathedralem Ratisbonensem, XXVII Maji M D C XLIV, est translatum.	36	1649	
L.IX. FRANCISCVS GVILIELMVS, Serenissimi Ferdinandi Bavariae Ducis ex legitimo thoro filius, nepos Guilielmi V & Ernesti Archiepiscopi, fratrum Ferdinandi supradicti; qui & hunc & alios suos filios, certis conditionibus, duranteque linea Guilielmi masculina, in ordinem Comitum de Wartemberg redigi passus est; ut olim etiam Otto Magnus Wittelspacensis, Comes de Scheuren & Wartemberg, (à quo moderni Bavariae Duces originem trahunt,) cognominatus fuit.			

Natus est hic FRANCISCVS GVILIELMVS prima Martii, anno M D XCIII. Mittitur Ingolstadtum, ad studia perdiscenda, anno M D C I. Accipit primam Tonfuram, primam Aprilis, anno M D C IV, ab Episcopo Eichstetensi; seque Clericali militiae adscribi vult. Vnde, sexta Maji ejusdem anni, fit Praepositus Veteris Oetingae; & Romam mittitur ad Collegium Germanicum, anno M D C VIII. Inde, prius à Cardinale Bellarmino, primam Junii, quatuor Ordinibus minoribus initiatus, completam Philoso-

phia, Theologia, & Iure Canonico, redit Monachium XIV Julii M D C XIV; cum jam ante, XXIV Ianuarii, Praepositura Monacensis ipsi esset collata. Redux, à Maximiliano Bavariae Duce assumitur ad consilia, & constituitur Praeses Concilii Monachii. Septima Aprilis M D C XVI, fit Canonicus Ratisbonensis; decima Novembris M D C XVII Canonicus Friginsensis; vigesima octava Maji M D C XIX Praepositus Ratisbonensis; eodemque anno, Monachii, Ligae Catholicae, Ferdinandum II inter & Imperii Status conclusae,



clusæ, interfuit. Recedente, anno MDCXXI, Cardinale Zollerano ex Aula Colonienſi Romam, expetitur à Sereniſſimo Ferdinando, Electore Colonienſi, in ejus locum, pro Aulæ & tot provinciarum, quibus præerat, Moderatore, ac conſiliorum omnium Præfecto, Bonnam; quo etiam XXIV Junii pervenit; & anno MDCXXII cum Electore ad Conventum Electorum Ratisbonam proficiſcitur; ubi, hoc & ſequenti anno, tranſlatio dignitatis Electoralis facta eſt in Domum Bavariæ, & lineam Ducis Guilielmi. Anno MDCXXIII, octavo Idus Auguſti, aſſumitur in Coadjutorem Præpoſituræ Archidiaconalis celeberrimæ Bonnenſis. Anno MDCXXIV, mittitur Auguſtam Vindelicorum, quò omnes Catholici colligati per Deputatos convenerant. Vigefima ſexta Octobris MDCXXV, in legationibus in Bavaria abſens, in locum defuncti Cardinalis Zollerani poſtulat legitime, à Capitulo Eccleſiæ Oſnabrugenſis, Episcopuſ, cujus confirmationem, XV Aprilis MDCXXVI, impetravit ab Urbano VIII, obtento prius Adminiſtrationis indulto. Ægrè ad acceptationem hujus Episcopatus permoveri potuit, cum ibi locorum omnia plena eſſent motibus bellicis, & tum Danica arma, Imperio hoſtilia, prædominarentur, tum etiam cives ac nonnulli ſubditi (ut, non Catholicum, ſed Dani Regis filium, haberent Episcopum) rebellarent. Anno MDCXXVII in æſtate, cum Comite de Anholt, Generali armorum Liſticatorum, obſidet Civitatem ſuæ Diœceſis Widembruſenſem; eamque vi, ac tandem deditioe, à præſidio Danico liberat, poſſeſſionemque ſui Episcopatus adit. Menſe Octobri mittitur à Sereniſſimo Ferdinando Colonienſi Mulhuſium Thuringiæ, Legatuſ plenipotentiariuſ, ad Conventum Electoralem. Inde redux, accepto à Comite Tillio, ſupremo armorum Liſticatorum Archiſtratego, milite, Civitatem Oſnabrugenſem & fortalitium Furſtenaw obſidet, ac, Vordenſi & Witlacenſi munitioibus brevi receptis, ea loca armis ſtringit. Vnde, anno MDCXXVIII, die IV Januarii, Furſtenauia, &, XX ejuſdem, Civitas Oſnabrugenſis, ſe dedunt; & præſidium utrique, ejectis Danis, Cæſareum imponitur. XXV Januarii, à Cæſare Ferdinando II, per Legatuſ, Regalia accipit. XII Martii ſolemneſ ſuum ingreſſum, ac inthronizationem, ut vocant, celebrat; ac Status homagium præſtant. Interim Princeps Patribus de Obſervantia ſuum, per hæreticos ante LXXXVII annos ablatum Conventum ibidem, uti & duas inſignes Eccleſias Parochiales Catholicis, ſtatim reſtituit. In principio Junii, fundamenta jecit novæ Reſidentię ac fortalitii; quod Caſtrum S. Petri appellari voluit: quæ in odium religionis Catholicæ male mutata, & contra juſtitiam Conſtitutio-

neſque Imperii, vel erepta vel detenta erant, in debitum ſtatum reſtituit. Synodum generalem Eccleſiaſticorum, decimâ octavâ Martii, celebrat. Eodem hoc anno excurrit cum Electore Colonienſi in Bavariam; & inter alia, Dedicacioni Eccleſiæ Salisburgenſis Metropolitanicæ interfuit, cum multis aliis Principibus. Meppenæ etiam Patribus Societatis reſidentiam & ſcholas confirmat. Conſtituitur anno MDCXXIX, die XIII Septembris, Episcopuſ Mindenſis; & in Octobri, ex ordinatione Ferdinandi II, Ediſti Cæſarei ſuper reſtitutione bonorum Eccleſiaſticorum, per Circulum Saxonie inferiorum totum, & ſuperiorem cis Albim, Commiſſariuſ, menſe Octobri rem aggreditur, ac, præter quatuor Cathedrales, & quindecim Collegiataſ inſignes, nec non innumeras parochiales aliaſque Eccleſiaſ & Capellaſ, reſtituit Catholicis centum quadraginta octo Monaſteria diverſorum Ordinum; nec tamen totum abſolvit diſtrictum, ſed, ob negotia Episcopatus ſui, reverſi cogitur ad finem Januarii MDCXXX; quo anno, XXVI Januarii, aſſumitur in Episcopum Verdenſem; & à Papa Urbano VIII, cum diſpenſatione retinendi ſimul tres Episcopatus & beneficia hætenus obtenta, confirmatur. Dominicâ Pentecoſtes conſecrari fecit per Episcopum Cardenſem, in Eccleſia ſua Cathedrali Oſnabrugenſi, ſuum primum Suffraganeum, Domiuſ Caſparum, Episcopum Aureliopolitanum. Primâ Maji, anni ejuſdem, ſolemneſ ſuum Verdæ habet ingreſſum, poſſeſſionem ac inthronizationem accipit ſolitam; Status homagium præſtant; celebrat Synodum; ac Eccleſiaſtica & temporalia, in quibus jam tribus menſibus laborat, diſponit. In principio Junii, revocatur à Colonienſi Electore, ut ſecum Ratisbonam ad Dietam eat. quod præſtitit, poſtquam Academiam Oſnabrugenſem, approbantibus Urbano VIII & Ferdinando II Imperatore, denuo fundaret ac reſtituiſſet, unâ cum inſigni Collegio Patrum Societatis Ieſu, inchoaſſetque tum pro ſtudiis, tum pro religione orthodoxâ conſervandâ, tredecim diverſa Seminaria. 1. Foundationem Collegii aded auxit, ut triginta ſtudioſi Societatis, ultra alios ad Collegium neceſſarios, alerentur. 2. Patribus Benedictiniſ pro duodecim; 3. Ciſtercienciſibus pro duodecim; 4. Dominicanis, ultra Conventum ordinariuſ, pro quadraginta; 5. Patribus item S. Franciſci de Obſervantia, ſimiliter pro quadraginta ſtudioſis alendis, & poſtmodum ad Conventus Saxonie mittendis, media deſtinavit. 6. Foundationem Seminarii Clericorum Oſnabrugenſium viginti quatuor; 7. Mindenſium ſedecim; 8. Verdenſium, decem; item 9. Seminarium Nobiliuſ, tum Clericorum tum Laicorum, ex his Diœceſibus & Saxonie aſſumendorum; nec non 10. Domum pauperum ſtudio-



studioforum pro octodecim, incepit, ac fundare intendit. 11 Præter Convictum studioforum quorumcunq; sub disciplina Patrum Societatis, 12 Apud Electorem Coloniensem eò rem promovit, ut Seminarium Hildesimensium, quod quadraginta personas alere poterat, ad hanc Univerſitatem, cum Hildesii nec Philosophia nec Theologia doceri valeant, etiam Osnabrugum, pro majoribus studiis, transferretur. 13 & ultimo, similiter ad instantiam Suae Celsitudinis, Cæſar Ferdinandus II pro natione Anglicana Seminarium fundavit ultra triginta personarum, Episcopus domum ipsis fundumque sufficientem donavit, adeo ut de facto etiam aliquot illius nationis studiosi adessent, & dictorum Seminariorum initia jam ferverent. Hos conatus maxime juvit Vrbanus VIII. Verum, ubi bellica tempora, postmodum subsæcuta, omnia turbarunt & devastarunt; conatur tamen Episcopus, de aliis mediis sollicitus, pro re Catholica, denuo incipere; prout jam de facto iterum duodecim Clericos, & sex Nobiles, alere incepit. Eodem hoc anno MDCXXX, in prædicta Dieta Ratisbonensi, coronationi Imperatricis Eleonoræ, eidem cum aliis Episcopis assistendo, interfuit. Sub finem anni MDCXXXI, hostes Imperii Verdensẽm Episcopatum occupant totum. Anno MDCXXXII, pro majori bono Academiae Osnabrugensis, fundat, VII Martii, etiam studium Iuris Canonici. Eodem mense Martio mittitur Legatus Bruxellas ad Serenissimam Infantem Isabelam Claram Eugeniã. Die XXI Julii solemnem ingressum habet, & inthronizatur Mindæ Episcopus; ubi etiam, XV Octobris, primam suam celebrat Synodum. In Rintelienſi Univerſitate lectionem Theologicam, quæ hæcenus non fuit, Patribus sancti Benedicti Anglis tradit. Inde mittitur à Colonienſi Electore Commissarius Hildesium, & ibidem (sententiã Episcopatus restitutoriã in Camera Spirensi latã) omnia in debitum tum religionis tum politicum statum, restituit. Vbi etiam Coadjutoriam, cum successione, in personam moderni Maximiliani Henrici Bavarie Ducis, à Capitulo obtinuit; quam Vrbanus VIII approbavit; sed, cum minoribus adhuc esset annis, voluit idem Pontifex, ut, si, cedente vel decedente Ferdinando Electore, prædictus Coadjutor Maximilianus Henricus trigessimum ætatis annum nondum compleſset, totã Hildesimensis Episcopatus administratione eouſque fungeretur idem Episcopus Osnabrugensis, non obstante quod etiam aliis præſeſſet Episcopatus. ita habetur in Bulla de anni MDCXXXIII die XXIII Novembris. Cumque, eo anno, prævalerent, iis in partibus, arma Suecica, Imperio hostilia; secunda Februarii Hildesio recedere coactus fuit Mindam, deinde Osnabrugum versus. Et, cum

ad Oldendorpium infeliciter à Cæsareis, mense Iulio, pugnatum esset, Episcopus omni, de restaurando exercitu, studio laboravit: & cum XXIII ejusdem mensis Telgeti omnes vicinæ Provinciæ per Deputatos convenirent, cum militiæ Generalibus ac Officiatis in præſentia Suae Celsitudinis deliberatũri; sequenti die hostes civitatem Osnabrugensem aggrediuntur, lætis civium aliorumque animis; quæ se, in Octobri, una cum novo Castro S. Petri, dedit. Vnde Sua Celsitudo regredi non potuit, sed se Monasterium, indeque Coloniam, contulit. Ante tamen, eodem anno, novum templum, in honorem sancti Ignatii Confessoris, maxima festivitate dedicari fecerat, præſentibus tribus Episcopis, & duodecim Abbatibus mitratis, ad hanc solemnitate specialiter convocatis. translata etiam sunt ad novum Collegium Societatis Iesu ex Cathedrali (ubi *Divus Carolus Magnus* Imperator, ante octingentos & ultra annos, easdem fundaverat) scholæ; & directio Academiae, autoritate Sedis Apostolicæ atque Imperatoris, dictis Patribus fuit data. Anno MDCXXXIV, die XXV Maji, in festo Ascensionis, Subdiacognatum, & IV Junii in festo Pentecostes, Diaconatum, Coloniae à Reverendissimo Cardiceni Episcopo accepit. Et, cum Cardinalis, Hispaniæ Infans, post victoriam Nordlingensem, Bonnam & Coloniam in Octobri veniret, Illustrissimus, una cum Episcopo Francisco Bambergensi, nomine omnium Catholicorum deputatus fuit, ut dictum Cardinalem, Iuliacum usque, comitaretur, ibique de negotiis publicis tractaret; prout etiam in decimum diem ibi cum eodem substitit. Eodem anno, vigesima Novembris, cum novo exercitu Cæsaris & Catholicorum, sub ductu Comitiss Philippi de Mansfeld, progreditur ad liberandam ab obsidione hostili Mindam; quæ, priusquam supplicia venirent, se dedit. Elector Colonienſis misit, anno MDCXXXV, Suam Celsitudinem Viennam ad Cæsarem; ubi varia egit negotia. Inde, mense Iulio, rediit ad Bavariam; ubi novas ab Electore accepit commiſſiones, præſertim reformandi ac visitandi Monasterii sui in Berchtesgaden; dein, mense Novembri, Bonnam denuo advenit. Anno MDCXXXVI Serenissimus Elector ipsum secum assumit, ad novam Dietam Electorum, Ratisbonam; ubi Electioni Ferdinandi III, nec non ejusdem, suæque conjugis, Mariæ Hispanicæ, solempni coronationi interfuit. Durantibus iisdem Comitiss, præſente Imperatore Ferdinando II, & Imperatrice Eleonora, Ferdinando III, Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ Rege, & Regina Maria, item Electoribus, aliisque pluribus Principibus, Legatis, & Statibus Imperii, in festo sancti Andree Apostoli, in Cathedrali Ratisbonensi, celebrat suas primitias, Ordinatus pridie ab



Alberto, Episcopo Ratisbonensi, & octavâ Decembris, solemnissime, iisdem præsentibus, per Dominum Nuncium Apostolicum, Dominum Baglionium, assistentibus sibi Alberto IV Ratisbonensi & Antonio Viennensi Episcopis, in Episcopum consecratur. Nec non ibidem, in consecratione Domini Anselmi Casimiri, Archiepisc. & Electoris Moguntini, per eundem Dominum Nuncium facta, in Pontificalibus astitit una cum iisdem Episcopis, Ratisbonensi, & Viennensi. postmodum iterum sæpius ad Electores missus Legatus. Eodem anno MDCXXXVI per suum fratrem, Comitem Ferdinandum Laurentium, recuperavit civitatem & castrum Furstenauienſe, ejusdem Suecis; & Widenbrugi sex humanioris literaturæ scholas instituit. Anno MDCXXXVIII, Bruilæ, visâ dispensatione Apostolicâ super ætate, moderno Domino Electori Colonienſi, Baviaræ Duci, in festo S. Iosephi, quæ fuit XIX Martii, quatuor minores, & sequenti die XX, in festo sancti Ioaachim, quæ fuit Dominica Sities, Subdiaconatum contulit. Anno MDCXL, resignat Præposituram Monacensem. Eodem anno, Colonia ipsemet benedicit Abbates suarum Diocesium, Dominum Iacobum Iburgensem, & Dominum N. Mindenſem, Ordinis sancti Benedicti. Anno MDCXLI, die XVII Februarii, Bonnæ consecravit, in Episcopum Ioppensem, Dominum Georgium Paulum Stravium, Suffraganeum Colonienſem. Nona Martii it Romam ad limina; vigesima nona Iulii redit in Baviarum. Mensè Octobri confert se Ratisbonam ad Dietam Imperialem; ubi Episcopatus Mindenſis jura in Comitatum Schaumburgensem in contradictorio obtinet & conservat. Nonâ Novembris, ab Episcopo Alberto Ratisbonensi, & Capitulo, assumitur & eligitur in Coadjutorem cum spe successio- nis; quod, anno MDCXLII, XVIII Kal. Januarii, à Pontifice confirmatur; resignat etiam statim Præposituram Ratisbonensem ad manus Pontificis. Inde redit Coloniam. Anno MDCXLIV, mensè Aprili, ivit Widembrugum ad suam civitatem, (fundans ibi Patribus sancti Francisci de observantia Conventum,) cum commissione Electoris Colonienſis, ut tractatibus pacis universalis, suo nomine, interesset. Ivit ergo eò, nomine Electoris, ipsiusque Ecclesiarum, Colonienſis, Leodienſis, Hildesimienſis, Paderbornenſis, Monasterienſis, Berchtesgadenſis, & Stabulienſis; item nomine suarum Ecclesiarum, Osnabrugensis, Mindenſis, & Verdenſis. Episcopi etiam, Ratisbonenſis, Curienſis, Aichstetenſis, Augustanus, & Abbas Corbeienſis, ipsum suum Plenipotentiarium constituerunt ad hos tractatus. Ibidemque, anno MDCXLV, in Dominica Passionis, consecravit Dominum Bernardum, Suffraganeum Paderbornensem,

in Episcopum Cardicensem. Vndecima Maji, Innocentius X ipsum constituit Vicarium Apostolicum Diocesis Bremenſis; quod & ante plures annos fecerat Vrbanus VIII; cum maximis facultatibus. Anno MDCXLVII, in festo trium Regum, Monasterii benedixit tres Abbates Ordinis Cisterciensis, Mariæfeldensem, Bredlariensem, & Hardehufanum. Eodem anno, Sueci contra pacta occupant violenter civitates & castra in Diocesi Osnabrugensi, Widembrugum & Reckenberg. Anno MDCXLIX, Alberto, die XII Aprilis mortuo, ipse succedit Episcopus Ratisbonenſis, & per Deputatos ex Westphalia Commissarios, possessionem accipit. Anni MDCCLI, mensè Ianuario it Bonnam ad Electorem; inde in Martio Norimbergam, ad tractatus Imperii cum coronis exteris; ibique restitutionem sui Episcopatus Osnabrugensis urget. Inde, nonâ Aprilis, Ratisbonam venit, suum solemnem habet ingressum & inthronizationem; v Iulii celebrat solemnissimam Synodum, præsentibus in eâ, præter duodecim Abbates mitratos, ultra sexcentos de Clero sæculari, non computatis Religiosis; & Seminarium instituit. Sub hoc Principe, eodem anno, Patres Carmelitæ Straubingæ reformationem inceperunt. Patribus item Reformatis sancti Francisci ultra Danubium, XXVI Septembris, primum posuit lapidem, pro novo Monasterio, & templo ædificandis; & dum omnia ulterius ibi disponit, eodem mensè Septembris ob inopinam mortem Electoris Colonienſis evocatur Bonnam. Inde Monasterium progreditur; tractat cum Suecis; & XXVI Novembris redit ad suum Episcopatum Osnabrugensem; quem, trigesima, Sueci omnino tandem dimittunt. XXI Decembris, Synodum celebrat, & pro reformatione Diocesis, Iburgi omnes Ecclesiasticos convocat, & Parochias distribuit. XVII Decembris solemnem habet Osnaburgi ingressum; ac Status denuo præstant homagium. Anno MDCCLI iterum Osnaburgi habuit duas Synodos. Eodemque anno XVII Septembris, Monasterii consecravit Dominum Christophorum Bernardum, Episcopum Monasterienſem; & prima Octobris, Paderbornæ, Dominum Theodorum Adolphum, Episcopum Paderbornensem; adeo ut, sicut ab antiquo tempore, scilicet *Caroli Magni*, ex hac Osnabrugensi Ecclesia in totam Westphalam & Saxoniam fides propagata est, nunc iterum Chrisma sacrum hinc in omnes Ecclesias illas sit derivatum. Hoc eodem anno, in Dominica Passionis, consecrari fecit, per Dominum Marquardum Eichstetenſem Episcopum, suum primum Suffraganeum Ratisbonensem, Dominum Sebastianum, in Episcopum Almirensensem. Anno MDCCLII, denuo duas celebravit Synodos, primam v Martii, & secundam



dam 1 Octobris. Die xviii Martii, in Domini-  
 ca Passionis, benedixit Abbatissam ad san-  
 ctam Gertrudem prope Osnabrugum. Eo-  
 demque anno, autoritate Ordinaria, Patres  
 Minimi S. Francisci de Paula translati sunt,  
 ex nova civitate ante sylvam, ad civitatem  
 Ambergensem in Dicecesi Ratisbonensi. In-  
 vitatus Princeps literis Cæsareis ad Dietam  
 Imperialem, cum se excusaret de personali  
 comparitione, Cæsar Comitem de Vehlen  
 Legatum misit, ut permoveret ipsius præsen-  
 tiam. Ergo xxi Octobris discessit Iburgo, &  
 xxix ejusdem mensis Ratisbonam venit. Vbi  
 nunc, cum Cæsare & aliis Principibus, Impe-  
 rii negotiis, & Episcopatus sui Ratisbonensis  
 bono, intendit. Altera statim die postquam  
 Ratisbonam advenit, in festo S. *Wolfgangi*,  
 non solum consuetæ annuæ processioni solem-  
 ni ad sanctum Emmeranum interfuit, verum  
 etiam Ecclesiæ Cathedrali magnam statuatam  
 argenteam ejusdem Sancti donavit; eique,  
 præsentem Capitulo suo, dicti Sancti imposto  
 cranio, eam solemniter in processione depor-  
 tari fecit; nec non Missam, reliquaque Ponti-  
 ficalia, ad sanctum Emmeranum ipse pere-  
 git. Tertia Novembris, Dominica infra Octa-  
 vam omnium Sanctorum, in Ecclesia inferio-  
 ris Monasterii, benedixit solemniter novas  
 Abbatissas, tam superioris quam inferioris  
 Monasteriorum. Hoc ipso anno MDCCLIII  
 Castrum & Dominium in Pechler, à suo An-  
 tecessore, causâ belli, oppignorum, rede-  
 mit, plus quam triginti millibus florenorum.  
 Insuper, vii Januarii MDCCLIII, Cor-  
 pus & Reliquias S. *Erhardi*, Episcopi &  
 Confessoris Ratisbonensis, ex antiquâ tumbâ  
 ligneam in novam argenteam, quam piæ memo-  
 riæ Abbatissa Anna Maria de Salis, & Con-  
 ventus seu Collegium nobilium Virginum in  
 Inferiori Monasterio fieri curarunt, transtulit  
 ac reposuit. Sequenti die, in ipso festo ejusdem  
 Sancti, consuetâ fuit ad eam Ecclesiam totius  
 Cleri & populi annua processio; in quâ depor-  
 tata est alia statua argentea cum inclusis ejus-  
 dem S. *Erhardi* Reliquiis; quam idem Illustris-

simus Ecclesiæ suæ Cathedrali donavit. Cum  
 denique, anno MDCCLXI, inter cætera do-  
 na ab Urbano VIII corpus S. *Leontii* Mar-  
 tyris Sua Celsitudo accepisset, illud postmo-  
 dum utrique suæ Ecclesiæ, Osnabrugensi sci-  
 licet & Ratisbonensi, dividendum destina-  
 vit. Obtulit ergo huic Cathedrali Ecclesiæ  
 Ratisbonensi mediam partem, eamque argen-  
 teæ tumbæ, ad hoc specialiter suis sumptibus  
 confectæ, inclusam, in Octava dicti San-  
 cti, quæ incidit in xxi Aprilis hoc anno  
 MDCCLIII, solemniter ad eandem defer-  
 ri fecit. Hoc eodem anno, xviii Martii,  
 Synodum vernalem consuetam, per deputatos  
 suos Commissarios, (cum, per præsentia Im-  
 perii Comitibus, in persona non potuerit,) so-  
 lemniter celebrari mandavit. Hoc ipso item  
 anno Castrum & Dominium Epersejunt,  
 Electori Bavariæ oppignorum, redemit, tri-  
 ginta millibus florenorum & ultra. Idem hic  
 Episcopus, à tempore suæ consecrationis,  
 ipsemet sacris Ordinibus initiavit ultra mille  
 quadringentos; Confirmationis vero Sacra-  
 mentum impertivit pluribus quam viginti mil-  
 libus personis; templa ac sacella plura dedica-  
 vit; aliaque munia Episcopalia peregit, quæ  
 hic attexere, nimis longum foret. Vides ex  
 his, amice Lector, quam variam fortunam  
 hæcenus hic Princeps sit expertus, præsertim  
 in bellicis Imperii motibus, multis casibus ja-  
 ctatus; ex itineribus, periculis, & mirâ rerum  
 vicissitudine, superstes. Utamque fortunam  
 expertus, major utraq; adversam constan-  
 ter, secundam modeste, ad invidorum æmula-  
 tionem, & æmulum invidiam, semper tulit.  
 Et, quod potissimum admireris, quod magis  
 sensit inconstantis fortunæ lusum, hoc fer-  
 ventius Dicecesibus & Episcopatibus suis,  
 summo labore, summisque expensis, & peri-  
 culis, nunquam non summâ vigilantia, præ-  
 sertim pro amplificandâ re Catholicâ, invigi-  
 lavit, negotiaque Imperii summa semper se-  
 dulitate tractavit. Ipsi, omnes boni, plures  
 meritò à Deo apprecantur annos sanos atque  
 felices.



C A T A L O G V S  
P R Æ L A T O R V M,  
C O L L E G I O R V M,  
utriusque sexus Monasteriorum, singularumque Paro-  
chiarum, in Diœcesi Ratisbonensi existentium.

I N C A T H E D R A L I  
E C C L E S I A,

Præter Reverendissimum D. Præpositum & D. Decanum, sunt Præbendæ Canonicales viginti duæ.

A B B A T I Æ

*Ordinis sancti Benedicti.*

S. Emmerami, Ratisbonæ.  
S. Jacobi, Scotorum, Ratisbonæ.  
SS. Trinitatis, in Oberaltaich.  
S. Georgii, in Prufening,  
Weltenburg.  
Mallerstorff.  
S. Michaëlis, in Metten.  
Reichenpach.  
Ennsdorff.

A B B A T I Æ

*Ordinis Cisterciensium.*

Paving, quondam Canonicorum Regularium.  
S. Annæ, in Cella Dei.  
B. Virginis Mariæ, in Waldsachsen.

P R Æ P O S I T V R Æ  
R E G V L A R E S.

B. Mariæ Virginis, in Rohr, Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium.  
S. Magni, in Civitate *am Hoff*.

E C C L E S I Æ C O L-  
L E G I A T Æ.

In Capitulo Collegiatae Ecclesiæ veteris Cappellæ B. M. V. Ratisbonæ, præter adm. R. D. Præpositum & D. Decanum, sunt Præbendæ Canonicales duodecim.  
In Capitulo Collegiatae Ecclesiæ SS. Ioannis Baptistæ & Euangelistæ, Ratisbonæ, præter adm. R. D. Præpositum & D. Decanum, sunt præbendæ Canonicales decem.  
In Collegiata Ecclesia SS. Jacobi & Tiburtii,

Straubingæ, præter adm. R. D. Præpositum & D. Decanum, sunt Præbendæ circiter decem.

In Collegiata Ecclesia S. Spiritus, in Effing, sunt, præter D. Decanum, aliqui non residentes Canonici, ad Parochias applicati.

A B B A T I Æ

*Canonissarum secularium.*

S. Erhardi in Monasterio inferiori Ratisbonensi.  
B. Mariæ Virginis in Monasterio superiori Ratisbonæ.

C O M M E N D A R I Æ

*S. Ioannis Hierosolymitani.*

S. Leonardi, Ratisbonæ.  
In Civitate Egra.  
In Altenmill Münster.

C O M M E N D A R I Æ

*Ordinis Teutonici.*

S. Ægidii, Ratisbonæ.  
In Ganckoven.

M O N A S T E R I A

*Ordinis Præmonstrat.*

Wallerbach.  
Speinshart.  
Wimberg.

C O L L E G I A

*PP. Societatis Iesu.*

S. Pauli, Ratisbonæ.  
Ambergæ.  
Staubingæ.  
Egræ }  
Münster } Residentia.  
Sultzbach }

M O N A S T E R I V M

*Ordinis Carthusianorum.*

S. Viti in Priëll.

M O-



MONASTERIA

*Ordinis S. Dominici.*

S. Blasii, Ratisbonæ.  
S. Wenceslai, Egræ.

MONASTERIA

*B. Mariæ Virginis ex Ordine Carmelitarum.*

S. Iosephi, Ratisbonæ, discalceati.  
B. M. V. Straubingæ, Reformati.  
In Abensperg, mitigati.

MONASTERIA

*Ordinis S. Augustini Eremitæ.*

S. Salvatoris, Ratisbonæ.  
S. Magdalenæ, in Semefshausen.  
B. M. V. in Schönenthael.

MONASTERIVM

*Ordinis S. Francisci Conventualium.*

S. Salvatoris, Ratisbonæ.

MONASTERIA

*seu Conventus S. Francisci de Observantia.*

Ratisbonæ, in Civitate *am Hoff.*  
S. Michaëlis, in Kellheim.  
S. Bernardini, Ambergæ.  
B. Mariæ V. immaculatæ conceptæ, in Kamb.  
S. Joannis Baptistæ, in Pfreimbt.  
S. Oswaldi, in Dingelfing.  
Conventus in Civitate Egra.  
Residentia in Eggenfeld.

PAROCHIÆ DIOECESIS RATISBONENSIS.

*Archidiaconatus Ratisbonensis.*

S. Vdalrici, Ratisbonæ.  
S. Ruperti, Ratisbonæ.  
S. Calliani, Ratisbonæ.  
Dechbetten.  
Harting.  
S. Catharinæ, ad pedem Pontis.  
Irrlbach.  
Inckhoven.  
Irrl.  
Kager.  
Kneiting.  
Matting.

S. Petri, Monasterii inferioris, Ratisbonæ.  
Niderwintzer.  
Parbing.  
Pentling.  
S. Viti, in Prüel.  
Reinhausen.  
Süntzing.  
Sallern.  
Schwablweis.  
S. Dionysii, Monasterii superioris, Ratisbonæ.  
Weinting.  
Zeideldorn.

*Archidiaconatus Pondorff.*

Pondorff.  
Parchstetten.  
Hoffdorff.  
Aschan.  
Arrach.  
Creutzkirchen.  
Conzell.  
Cella S. Elisabethæ.  
Haibach.  
Hafelbach.  
Kirchrott.  
Pfaffenmünster.  
Luitendorff.  
Oberaltaich.  
S. Petri extra Straubingam.  
Pagea-

MONASTERIA

*seu Conventus PP. Capucinatorum.*

S. Mathiæ, Ratisbonæ.  
S. Iosephi, Straubingæ.  
S. Michaëlis, in Deggendorff.

MONASTERIVM

*FF. Minimorum S. Francisci de Paula.*

Neoburgo translatum Ambergam.

ABBATIA

*& Monasterium Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti.*

S. Zenonis, in Geiffenfeld.

ABBATIÆ

*& Monasteria Sanctimonialium Ordinis Cisterciensis.*

In Beata valle.  
In Pülenhofen.

ABBATIA

*Virginum Ordinis S. Augustini.*

S. Monicæ, in Viehbach.

ABBATIÆ

*seu Monasteria Virginum Ordinis S. Clare.*

S. Mariæ Magdalenæ, Ratisbonæ.  
B. Mariæ Virginis, Egræ.

MONASTERIVM

*Sanctimonialium Ordinis S. Dominici.*

S. Crucis, Ratisbonæ.



Pagenberg.  
Ratzzell.  
Rattenberg.  
Stainach.  
Sossau.  
Stalwang.  
Wetzelsperg.  
Weisenfelden.

*Archidiaconatus Dom-  
stauff.*

Kasfl.  
Wöhr.  
Altenhan.  
Alfing.  
Ilckhoven.  
Pfätter.  
Premberg.  
Pruckbach.  
Sarching.  
Rettenbach.  
Süeffenbach.  
Traubling.  
Wentzenbach.  
Degerhaimb.

*Archidiaconatus Camb.*

Camb.  
Ad S. Cruorem in Newkir-  
Arnschwang. (chen.)  
Blaybach.  
Bruck.  
Cambmünster.  
Cameran.  
Dafering.  
Eichelcamb.  
Furth.  
Gleiffenberg.  
Kotznig.  
Lamb.  
Mospach.  
Martins Newkirchen.  
Michels Newkirchen.  
Nittenaw.  
Pempfling.  
Penting.  
Roding.  
Rorbach.  
Runding.  
Rimbach.  
Reichenbach.  
Satpeilstain.  
Stambsriedt.  
Schontall.  
Sebarn.  
Scharndorff.  
Traubenbach.  
Wallerbach.  
Wald.  
Waldmünchen.  
Zell prope Lobenttain.

*Decanatus Althaimb.*

Althaimb.  
Altorff.  
Effenbach.  
Ergolting.  
Hohenthan.  
Neuhaufen.  
S. Nicolai prope Landishu-  
tum.  
Oberglaimb.  
Eugenbach.  
Sieffenbach.  
Schatzhoven.  
Weihmucchell.

*Decanatus Allerspurg.*

Allerspurg.  
Adershauften.  
Erlhaimb.  
Hauften.

*Decanatus Amberg.*

Amberg.  
S. Martini ibidem.  
Hospitale S. Ioannis ibidem.

*Decanatus Aw.*

Aw.  
Maimburg.  
Attenhoven.  
Appertorff.  
Ellendorff.  
Gundertshauften.  
Hebrantshauften.  
Lündkirchen.  
Müllhoven.  
Osterwald.  
Pettmes.  
Rützelshauften.  
Sandelshauften.  
Tegernbach.  
Walckershoven.

*Decanatus Kulmein.*

Kulmein.  
Kemnath.  
Burckersreit.  
Castl.  
Erbendorff.  
Falckenberg.  
Gravenwehrt.  
Pressar.  
Parckstain.  
Pullenreith.  
Schlamerdorff.  
Speinshardt.  
Tumbach.  
Waldeck.  
Wislaw.  
Windisch Eschenbach.

Leuchenleubach.  
Mockersdorff.  
Stad Eschenbach.

*Decanatus Deggendorff.*

Deggendorff.  
Schwartzach.  
Arnbruck.  
Pebrach.  
Degenbach.  
S. Englmari.  
Geirtall.  
Gräffing.  
Hundert dorff.  
Maria Pofching.  
Metten.  
Newenhausen.  
Marck.  
Oberwinckling.  
Pfoling.  
Ruemansfelden.  
Viechtach.  
Wetzell.  
Waltendorff.  
Welchenburg.  
Perenstorff.

*Decanatus Dingelfing.*

Dingelfing.  
Aich.  
Adlikoven.  
Gertzen.  
Hütenkoven.  
Kirchberg.  
Loitzenkirchen.  
Loiching.  
Obleraichbach.  
Oberviehbach.  
Pinabiburg.  
Seiblstorff.  
Schnitenkoven.  
Treuteckhoven.  
Vilsbiburg.

*Decanatus Geisenfeld.*

Geisenfeld.  
Ainau.  
Ernstgaden.  
Engbrechtsmünster.  
Aigelspach.  
Immerdorff.  
Vnterpinhart.  
Eichelbach.  
Gaisenhauften.  
Gebertshauften.  
Rotenegg.  
Vntergeroltshauften.  
Gosseltshauften.  
Irfing.  
Koningsfeld.

Munchs-



Münchsmünster.  
Niderlauterbach.  
Oberlauterbach.  
Oberempfenbach.  
Obergeroltshausen.  
Vohburg.  
Woltzach.  
Walckerspach.

*Decanatus Hembaw.*

Hembaw.  
Perashaufen.  
Degerndorff.  
Eilsbrun.  
Hohenschambach.  
Luppurg.  
Laber.  
Nittendorff.  
Painten.  
Parsperg.  
Pfraundorff.  
See.  
Teürling.

*Decanatus Kelhaim.*

Kelhaim.  
Abensperg.  
Abbach.  
Biburg.  
Huning.  
Geibenstetten.  
Gogging.  
Kapfberg.  
Kirchdorff.  
Lengfeld.  
Mylhausen.  
Pürcschwang.  
Poickhamb.  
Puelach.  
Reiffing.  
Saal.  
Sibenburg.  
Staubing.  
Teigen.  
Teürting.  
Vmblistorff.

*Decanatus Salach.*

Salach.  
Geislhöring.  
Aschholthausen.  
Grafentraubach.  
Hoffkirchen.  
Hoffdorff.  
Holtztraubach.  
Hainspach.  
Leübling.  
Laberweinting.  
Martinbuech.  
Mettenbach.

Mossthan.  
Ottering.  
Pfaffenberg.  
Stainbach.  
Tunting.  
Veitsbuech.  
Wellstenkirchen.

*Decanatus Nabburg.*

Nabburg.  
Eslarn.  
Altenstat.  
Altendorff.  
Bohmistkenbruck.  
Dietrichskirchen.  
Fonstraus.  
Flos.  
Mospach.  
Nidermurach.  
Pleistain.  
Rötz.  
Schwartzhoven.  
Sebaren.  
Schönsee.  
Tonstein.  
Tennesberg.  
Teintz.  
Viechtach.  
Waidhausen.  
Tieffenbach.  
Waldturn.  
Weiden.  
Wünccklern.  
Wurtz.  
Polenried.

*Decanatus Pfreimbt.*

Pfreimbt.  
Dolnitz.  
Glaubendorff.  
Kerlitz.  
Luhe.  
Michelsdorff.  
Schirnitz.

*Decanatus Puelenhoven.*

Puelenhoven.  
Swandorff.  
Burglengfeld.  
Calmüntz.  
Deublitz.  
Duggendorff.  
Hainsacker.  
Hohenfels.  
Holtzheim.  
Leonberg.  
Mons B. Mariæ Virginis.  
Pettenreut.  
Pettendorff.  
Pittersperg.  
Regentauff.

Prun.  
Schmidmühlen.  
Vilshoven.  
Wackerstorff.  
Wifend.  
Wimerstorff.

*Decanatus Pforing.*

Pforing.  
Riettenburg.  
Apperhoven.  
Altmühlmünster.  
Breitenhüll.  
Egersperg.  
Hagenhüll.  
Kofching.  
Kaffn.  
Lobfing.  
Münglitteten.  
Iachenhausen.  
Moring.  
Menning.  
Mylbach.  
Obertolling.  
Pondorff.  
Pettbrun.  
Stamhaimb.  
Schambhaubten.  
Sollern.  
Teisting.  
Westerhoven.  
Zell.

*Decanatus Rainartshausen.*

Rainartshausen.  
Asenkonen.  
Andermantorff.  
Ergolspach.  
Hätzkoven.  
Hoferndorff.  
Hebrantorff.  
Hügeldorff.  
Inckhoven.  
Laberberg.  
Langudt.  
Pfaffendorff.  
Peffenhausen.  
Rottenburg.  
Sanspach.  
Schmatzhausen.  
Semeskirchen.  
Vnternhornbach.  
Volckenschwand.  
Wahl.

*Decanatus Schlicht.*

Schlicht.  
Hambach.  
Amerthal.  
Ascha.  
Enddorff.

B b

Ehefeldt.



Ehefeld.  
 Gebenbach.  
 Hirschaw.  
 Hohenkemnath.  
 Kemnath prope Aichen.  
 Nainnaigen.  
 Lindach.  
 Pappenberg.  
 Puelenhoven.  
 Podenstein.  
 Rottendorff.  
 Schnaittenbach.  
 Schmidgaden.  
 Geselstorff.  
 Turenstrich.  
 Teurn.  
 Vtzenhoven.  
 Wolfering.  
 Wutzdorff.  
 Sultzbach.  
 Schönbrun.

*Decanatus Schneiding.*

Schneiding.  
 Osnig.  
 Altenbuech.  
 Aiterhoven.  
 Büebing.  
 Haidelfing.  
 Itling.  
 Irrelbach.  
 Michelbuech.  
 Plätting.  
 Pilsting.  
 Reiffing.  
 Schambach.  
 Stephans Bosching.  
 Strafskirchen.  
 Wallerstorff.

*Decanatus Süncking.*

Süncking.  
 Veldkirchen.

Atting.  
 Alburg.  
 Aufhausen.  
 Perckhaim.  
 Motzing.  
 Kieckhoven.  
 Schönaich.

*Decanatus Effing.*

Collegiata & Parochialis in  
 Obereffing.  
 Nidereffing.  
 Prün.

*Decanatus Schirling.*

Schirling.  
 Eglofshaim.  
 Kofering.  
 Langenerling.  
 Laichling.  
 Mündraiching.  
 Mofshaim.  
 Pfackhoven.  
 Pünckhoven.  
 Paring.  
 Dalmeffing.  
 Wolckering.

*Decanatus Eggenfelden.*

Eggenfelden.  
 Falckenberg.  
 Diesfurt.  
 Frantenhausen.  
 Ganckhoven.  
 Gottfriding.  
 Griespach.  
 Haberskirchen.  
 Högging.  
 Hebersfelden.  
 Kolbach.  
 Maming.  
 Oberhausen.

Reispach.  
 Tauffkirchen.

*Decanatus Perenaw.*

Perenaw.  
 Peitl.  
 Alberntenth.  
 Griespach.  
 Hasla.  
 Hohenthan.  
 Leonberg.  
 Rodewitz.  
 Waldershoff.  
 Münchenreuth.  
 Waldsaffen.  
 Turfchenreuth.  
 Wondre.  
 Egra.  
 Wildenstein.  
 Frawenrieth.  
 Zeillbach.  
 Liebenstain.  
 Schembach.  
 Sebarn.  
 Swartzébach.)

Hæ Parochiæ  
 sitæ sunt in di-  
 strictu Egren-  
 si.

## AD LECTOREM.

CUM bellica tempora satis diu in aliquibus partibus hujus Diocesis fuerint; sicuti plurima alia perierunt documenta, ita & hic, Cleri, jurisdictionique Ecclesiasticæ subjeutorum locorum compilatio, non sine magnis difficultatibus, ex monumentis antiquis, designationibus, aliisque documentis authenticis, erui debuit. Vti verò nemini per hoc præjudicatum volumus, ita &, si quid omisum, nullatenus concedimus. Vale.